

AUREA. MESSIS!

*ante. messem. demessa.*

Aurea. meslis.

*Quam.*

*non. fecundavit. aureus. Jovis. imber.*

*non. effudit. impragnatus. Cereris. sinus.*

*cedite. fabule!*

*Sed.*

*Quam. suppeditavit. inauravit. alma. NUMINIS. Gratia.*

Messoribus. Serenisimis.

ILLUSTRISSIMO. AC. CELSISSIMO. PRINCIPE. ET. DOMINO. CLEMENTISSIMO.

DOMINO

FRIEDERICO CASIMIRO.

In. Livonia. per. Curlandiam. &. Semgalliam.

DUCE.

Ejusq;. Serenisimâ. Thori. Sociâ.

ILLUSTRISSIMA. AC. CELSISSIMA. PRINCIPE. ET. DOMINA. CLEMENTISSIMA.

SOPHIA. AMELIA.

PRINCIPE. NASSOVIA. supra. titulos. laudesq;. positâ.

*Spicarum. populus. jam. ubiq;. maturatô. rubore. flavescbat.*

*Meslis. aderat. parùm. recraftinanda.*

*Verùm.*

*Magna. magnô. proventu. ingravescens. Mater. telluri. Sua. herbam. non. porrectura.*

*DEO. obstetricante. Messem. anticipat.*

*Falcibus. non. verriculatis. non. rostratis. non. denticulatis. nec. messorijs. adoveis. seculis.*

*seu. ut. vocant. dente. Saturni. usa.*

*Sed. doloribus. angoribus. nisibus. precibus. suspirijs. in. usum. adhibitis.*

*Nascitur. magna. Proles.*

*Meslis. quæ. hætenus. in. herba. frugibus. exuberat.*

*Frugi. Princeps. inter. fruges. nasci. expetit.*

*Non. verò. prodit. crepusca. vel. senica. sub. vespere. vel. senio. noctis.*

*Sed. Lucia. &. Mania. Luce. oriente. tempore. matutino.*

*Nil. nisi. lucem. serenissimam. radiatura. oritur. Solis. Filia. Solis. die.*

*Qui. Margaritæ. nomen. referebat. ut. Infantis. Omen. inde. constaret. Quam. in. peculium.*

*redimerat. cælestis. Margaritarius.*

*Colligebant.*

*hanc. Messem. Serenissimi. Parentes. non. manipulatim. sed. ambabus. ulnis.*

*Illustrissimam. Sobolem. amplexantes. basiantes. suarvantes. ac. velut. in. horrea.*

*in. splendidissimas. cunas. præ. gaudio. prorsus. rursus. agitandas. recondentes.*

*Verùm.*

*Primitiæ. Meslis. DEO. consecranda. erant.*

*sed. sine. stramine. ac. paleis.*

*Hinc. quoad. licet. emundandæ. non. ventilabro. non. verriculo. non. incerniculo. sed. unicè.*

*salutari. Baptismatis. Sacramentô.*

*Sic. Evannatio. fiebat. affiante. Sanctissimi. Spiraminis. Aurâ.*

*Indebatur. Augustissimum. Nomen.*

MARIA. DOROTHEA.

*non. modo. Regiam. Gratiâ. &. Electoralem. Benevolentiam. præ. se. ferens.*

*sed. &. insuper. Magna. vel. ipsi. apicibus. Sibi. velut. præfagiens.*

*Siquidem.*

MARIA. DOROTHEA.

A. DEO. TRAHO. MIRA.

Euge! fiet!

*Mira. erit. oris. venustas. mira. morum. Suarvitas. mira. Virtutum. ubertas.*

*mira. amorum. felicitas. mira. Fatorum. Benignitas.*

*Tandem.*

*mira. gaudiorum. fertilitas.*

*Cum. DEO. Pronubo. ex. voto. accesserit. per. sacrum. Connubij. fædus. falcem.*

*missurus. in. non. alienam. messem.*

*Tunc. apparebit.*

*Quid. velit. MARIA? AMARI.*

*Qualis. futura. DOROTHEA? DEA. THORO.*

*Nam. cum. Homo. Homini. Deus. Quidni. DOROTHEA. DEA. THORO?*

*velut. DEA.*

*animos. devictura. Populos. conciliatura: Subditos. protectura.*

*Fiat. sic. DEA! &. evadet. IDEA.*

*Serenissimorum. Parentum. Potentissimorum. Majorum.*

*Messem. excepit. nova. Sementis.*

*non. manu. non. thylaco. sed. devoto. animo.*

*non. in. terram. sed. in. cælum. non. in. campo. sed. templo. facta.*

*Sementum. erant. piæ. ac. sanctæ. preces.*

*Quæ. ad. finitum. puerperij. diem. publicè. in. suscepta. Conservationem. &. uberioris.*

*prolis. progerminationem. profeminabantur.*

*Fatali. sorte. Bartholomæi. id. est. Filij. Bellicosi. die.*

*vel. an. divino. indigitamento?*

*Ut. quemadmodum. Margarita. Sui. sexus. prolem. pulcherrimam. attulit. Sic.*

*Bartholomæus. Filij. fortissimi. sit. Apostolus. ac. Propheta.*

*Hoc. est. Spei. sit. &. hoc. voti!*

*vove.*

*Devota. Curonia.*

*messem. istiusmodi. masculam!*

*vove.*

*asiduis. precibus. calidis. gemitibus!*

*Tibi. enim. maximè. hic. &. seritur. &. metitur. &. ut. ipsa. precum. sementem. feceris. ita. &. metes.*

*vove.*

*à. DEO. omnium. rerum. Satorè.*

*Sementem. præparet! Segeti. provideat! arvom. fœcundet! Fruges. masculat!*

*Quò. isidem. fecundâ. &. propinquâ. partitudine. maturescat. vel. ante. messem.*

AUREA. MESSIS!

Illustrissimo. ac. Celssimo. Principi. ac. Domino. Suo. Clementissimo. post. uberrimam. Gaudiorum.

Messem. hocce. humillimum. votorum. Spicilegium. devotissimè. offert.

M. JOHANNES. ADOLPHUS. Hollenhagen/ Concion. Aulicus.

Mitajia. justis. Illustrissimi.

Puerperij. per solutis. d. 3. Sept:

anno. Puerperij. Sanctissimi.

1684.